



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 24. Antiperipatetici, Chymici &c. a Facultate damnati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. lucem emitti permetteret: Suffragan-  
A. C. 1624. bantur etiam Nuntio alii duo Theologi  
 Sorbonici, qui tamen a Facultate ra-  
 tiones, ob quas hunc librum tanquam  
 perniciosum damnassent, proferre jussi,  
 declararunt, quod librum non perle-  
 gerint, sed ex aliorum sententia locuti  
 fuerint, in eo tamen de Scotis quibus-  
 dam aliqua acta potius admiranda  
 quam imitanda deprehenderint: Sin-  
 gulis igitur ad examen vocatis Facul-  
 tas die prima Augusti censuit, validam  
 esse approbationem illorum Doctorum,  
 qui in præfato libro nihil fidei Catho-  
 licæ, bonisque moribus adversum con-  
 tineri censuerant. Cum autem in æsta  
 disputationis Joannes Bennet Ord. FF.  
 Prædicatorum afferuisset, fidem Divi-  
 nam seu habitum fidei esse in hæreti-  
 cis, & Sacerdotem degradatum non  
 posse conficere sacra Sacramenta &c.  
 Facultas die secunda Septembris præ-  
 cepit, ut has propositiones revocaret.

## § XXIV.

*Antiperipatetici, Chymici &c. a Fa-  
 cultate damnati.*

*Argentre  
 Coll. jud.  
 tom. 1. part.  
 135. tom. 2.  
 pag. 146.*

Nonnunquam cæca reverentia erga  
 antiquitatem in servilem degene-  
 rat superstitionem, qua ingenii vasti-  
 tas artus constricta cancellis a perverti-  
 gandis



gandis naturæ artisque arcanis, proin Sæc. XVII.  
 & a veritate detegenda præpediebatur. A. C. 1624.  
 Servilem ejusmodi credulitatem per  
 plurima sæcula imponebat Aristotelis  
 auctoritas, quæ tam veneranda a non-  
 nullis habebatur, ut illis sæpe magis  
 amicus esset Aristoteles, quam ipsa ve-  
 ritas. Usque adeo tum hujus Philo-  
 sophi doctrina despoticum in Scholis  
 exercebat imperium, ut hoc anno artis  
 chemicæ, quæ adhuc pene ignoraba-  
 tur, Professores de Magia, aut saltem  
 de perniciosa doctrina suspecti habe-  
 rentur, eoquod in explicandis princi-  
 piis corpus naturale constituentibus  
 Aristotele longius progressi terminos  
 Peripatheticis ignotos invenerint, lin-  
 guamque introduxerint ænigmaticam,  
 planeque novam. Eandem fortem,  
 non tamen pari ex causa, hoc anno  
 Parisiis tulere tres Chimici Joannes  
 Bitaudus, Antonius Billonus, & Ste-  
 phanus Claveus, qui quinque elemen-  
 ta a quatuor Aristotelicis diversa ad-  
 struentes circa cathogorias, formasque  
 substantiales a mente hujus Philosophi  
 recesserunt, haud assueti, scientiam  
 naturalem cum Aristotele ad specula-  
 tiones Metaphysicas, & forte minus  
 cum Cartesio (si tum florisset) ad  
 Principia Geometrica & Mathematica  
 reducere. Hi quasdam divulgaverunt



Sæc. XVII. theses, in quibus adventitias entitates  
 A. C. 1624. rei inhærentes & mutabiles irridebant,  
 omnesque formas substantiales, præter animam rationalem, rejiciebant. Re comperta supremus Parisiensis Senatus, priusquam in Authores sententiam ferret, theses utpote Aristotelis doctrinæ communiter receptæ adversas Facultatis judicio discutiendas commisit. Hæc igitur singulas suis censuris notatas die secunda Septembris supremo Senatui obtulit, cujus jussu Authores in carceres conjecti, eorum theses ipsis præsentibus laceratæ, tresque hi Chimici Provincia Parisiensi exulare jussi sunt. Denique indicta mortis pœna prohibitum, ne ulla doctrina antiquis & probatis Authoribus contraria tradatur, aut sine Facultatis assensu propugnetur. Ita nempe Aristotelis libri naturales modo propitiam modo adversam in Galliis sortem habuere, anno 1210. in Parisiensi Concilio damnati, anno autem 1452. & 1473. & sequentibus præscripti.

## §. XXV.

*Decretum, supplexque libellus Universitatis Parisiensis adversus Academicorum jurium usurpatores.*

Ante